Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



rogauerunt eum dicentes: Phe
tza: quis est qui te percussit: Et
alia multa blasphemantes di
cebant mihi. Et ut factus est di
es: convenerunt seniores plebis
et principes sacerdotum et scribe: et
duxerunt illum in concilium suum dicen
tes. Si tu es xpis dic nobis. Et ait
illis. Si dixero vobis non credetis
mihi. Si autem et interrogaverо.
non respondebitis mihi neque
dimittetis. Ex hoc autem erit filius
hominis sedens a dextris virtutis
dei. Dixerunt ergo omnes. Tu ergo
es filius dei: Qui ait. Vos di
citis: quia ego sum. At illi dixe
runt. Quid adhuc desideramus
testimonium: Ipsi enim audivimus
de ore eius. Et surgens omnis multi
tudo eorum. duxerunt illum ad pi
latum. Coeperunt autem illum accusa
re dicentes. Hunc invenimus sub
vertentem gentem nostram et prohibe
entem tributa dare cesari: et dicen
tem se xpm regem esse. Pilatus
autem interrogavit eum dicens. Tu
es rex iudeorum: At ille respondens
ait. Tu dicis. Ait autem pilatus
ad principes sacerdotum et turbas
Nihil inveniо causae in hoc
homine. At illi invalescebant di
centes. Commovet populum docens p
vinciam iudeam incipiens
a galilea usque huc. Pilatus
autem audiens galileam interro
gavit si homo galileus es
set. Et ut cognovit quod de herо
dis potestate esset remisit eum
ad herodem: qui et ipse iero
solymis erat illis diebus. Ve
rodes autem visa iesu: gavisus
est valde. Erat enim ex multo
tempore cupiens videre eum. eo
quod audivit multa de illo: et
sperabat signum aliquod abeo fie
ri. Interrogabat autem illum mul
tis sermonibus. At ipse nihil
ei respondebat. Stabant autem
iam principes sacerdotum et scri
be: stantes accusantes eum.
Spernens autem illum herodes cum
exercitu suo: et illusit indu
ens veste alba: et remisit illum ad
pilatum. Et facti sunt herodes
et pilatus in ipsa die: nam ante
erant inimici eorum adinvicem.
Pilatus autem convocatis principi
bus sacerdotum et magistratibus
et plebe: dixit ad illos. Ob
tulistis mihi hunc hominem
quasi auertentem populum: et ecce ego
coram vobis interrogans nul
lam causam invenio in homine is
to ex his quibus eum accusa